



Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

V. An credant extra illam Ecclesiam nec salutem, nec remissionem peccatorum esse, & quod omnes, qui se scientes & volentes ab ea seiungunt, sint damnandi vt Hæretici & Schismatici?

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

Fides autem qua amplectimur Symbola, nimirum non auctoritate auctoritatis Ecclesiae, sed perspicuo verbo Dei, rametis Ecclesiam catholicam docentem pie audimus, & sinceræ veritatis testimonij confirmantur, sicut Paulus uult infirmos a firmioribus confirmari.

Q V I N T A Q V A E S T I O .

A N C R E D A N T E X T R A I L L A M E C C L E .

siam nec salutem, nec remissionem peccatorum esse,

& quod omnes, qui se scientes & uolentes ab

ea se iungunt, sint damnandi ut

haeretici & schismatici?

R E S P O N D E O . De catholica Ecclesia concedo. De Pontificio agmine, quod ipsi nominant Romanam Ecclesiam, nego. Ut enim in Iudea impi Pontifices, Sadducæi, & Pharisei, etiam si dominabantur, non erant catholica Ecclesia Dei, quia non retinebant doctrinam catholicę Ecclesie Dei, uidelicet Prophetarum, sed Zacharias, Simeon, Maria, Elisabeth, Ioseph, & horum auditores, quamquam pauci erant collati ad multitudinem hostium, tamen erant catholica Ecclesia Dei, quia retinebant doctrinam Prophetarum: Ita hoc tempore Pontificij, cum sint hostes Euangelij, non sunt catholica Ecclesia Dei, etiam si dominantur & iactitant successionem ordinariam. Et unitas catholicæ Ecclesie est consensus in fundamento, uidelicet in articulis fidei, & mandatis diuinis, etiam si qua est dissimilitudo in ritibus humanis. Quare affirmamus, nos nec discedere nec discessisse a Catholica Ecclesia, quæ Symbola amplexa est, Apostolicum, Nicenum & Athanasianum, nec a patribus, Irenæo, Ambrofio, Augustino, Prospero & similibus, etiam si qui ritus humani tunc alij fuerint. Semper enim aliqua dissimilitudo rituum humanorum fuit. Sed a Pontificeis ut discedere vult, necessaria causa est, quia scriptum est: Fugite idola. Item: Si quis aliud Euangelium docet anathema sit. Item: Blasphemia spiritus non remittetur.

S E X T A Q V A E S T I O .

A N C R E D A N T C A T H O L I C A M E C C L E .

siam apud hos esse, qui nunc aduersantur Romanam Eccle-

si, & Episcopis, qui præsumt ordinaria successione: An

vero apud illos Christianos, qui nominantur Ca-

tholici, & retinent unitatem Ecclesie, obedi-

entes uni Romano Pontifici?

R E S P O N D E O P E R S P I C Y E . Ecclesiæ nostram confessio-

Gg 5 ne n